

Pacific. dict. inspect. 3. capit. 5. numer. 85. cum aliis; secundum quos aliquando merces investa proculdubio obligantur, ut si domus ad exercendam in ipsa mercaturam conducatur, aut si nihil prater venalia in pradium inducatur, vel si describantur merces tempore inductionis, quia censentur expressim obligata; ultra quos casus, venalia tacite hypothecae non subijci, illi docent. Fructus quoque ex propriis agris percepti quamvis venales pro parte habeantur, cum inter merces non computentur, pro mercede domus, in quam invehantur, tacite obligantur, Marefcot. d. cap. 118. n. 3. Menoch. ubi proxime, n. 132. Merlin. n. 17. Pacific. n. 110. vers. Quintus casus.

Sed ut consequenter ad ea, quae diximus supra, num. 12. in hac quaestione procedamus, ex traditis ibi rationibus, quae etiam hoc casu militent; magis placet sententia eorum, qui absolute docent, merces investas pro mercede locatae domus obligari; quam sequuntur Pacific. dict. inspect. 3. cap. 5. numer. 89. vers. Contrariam vero, Mascard. d. conclus. 210. numer. 6. Gomez in dict. §. Item Serviana, num. 22. & alij, quos hi laudant, estque communis opinio, quamvis contraria non paucis placeat, ut videre est apud Merlin. num. 5. & Mascard. num. 7. Non obstat, l. debitor pactus 32. ff. de pignori, quoniam merces eo animo inducuntur in domum, ut vel ipsae, vel aliae, quae earum loco subrogentur, ibi perpetuo maneat, atque idem jure in illis consistit obligatio, dum ibidem permanent.

Ad Num. 3.

Qui legat omnes res, quas domi, vel in alio loco habet, non censetur sub legato venalia ibi existentia comprehendere, quoniam non videntur illa in eo loco esse, quae, ut statim per alienationem amoveantur, sunt exposita; dict. l. debitor, l. ex facto 35. §. ult. ff. de hered. instit. l. pradia 27. ff. de fund. instruct. Glos. in l. quassum 76. §. Pradia, verbo, non legata. ff. de legat. 3. Pinel. cum aliis, dict. part. 1. rubric. numer. 39. & 40. Menoch. dict. pres. 137. numer. 7. & conf. 407. numer. 17. Negusant. dict. memb. 2. numer. 14. Beroi dict. q. 29. Hieronym. Gab. conf. 98. numer. 13. Merlin. quass. 45. numer. 8. Idem in pecunia, quae ut celeriter expendatur, habetur, tenendum est cum Glossa. verb. de pecunia, in l. si mihi Mazvia 96. §. ult. ff. de legat. 3.

Verf. S. d. si Crotus.

Adde Pinellum, ubi proxime, agentem de intellectu d. §. Uxor, qui D. Covar. sequitur.

Ibi: Sic eodem jure, in d. §. Item cum quaereretur.

Genuinus intellectus ad l. pediculis 34. §. Item cum quaereretur, ff. de aur. & argent. legat. deducitur ex conclusione secunda supra tradita per D. Covar. nam ubi certum genus bonorum relinquatur, etiam per verba universalialia, venalia ad ipsum pertinentia legato non cedunt; cum igitur in eo textu, ita legatum fuerit: Filia mea dulcissima e medio sumito, ubique habeto ornamentum meum omne muliebri cum auro, & si qua alia muliebria apparuerint, idem Consulatus respondit, non deberi argentum, quod mercimonij causa paratum erat. Ex quo inferitur, quod licet verbum, meum, fuisset omnium, nihilominus argentum venale minime deberetur secundum praedictam doctrinam.

Ibi: Ego contrarium in jure verius esse censeo.

Si legentur indefinita bona, vel res, aut bona mobilia testatoris, etiam merces legatas videri cum D. Covar. sententiam Menoch. dict. pres. 137. numer. 6. Pinel. in dict. rubric. part. 1. numer. 38. Paril. in addit. ad Decium, in l. 1. numer. 18. ff. de reg. jur. & alij apud Pinellum ipsum. Sed ratio, cui haec sententia innitur: quia scilicet, indefinita aequivalent universalialia; congrua non videtur, siquidem quoties aliqua diversitas reperitur inter contenta sub universalialia, aequivalentia illi non est locus, ut probavimus supra, lib. 1. capit. 13. numer. 3. inter venalia autem, ac caetera bona ma-

ximum est discrimen, ut ex dictis constat; & ex l. servos 71. in fine, ff. de legat. 3. unde illa indefinita: lego res meas, vel usufructum bonorum meorum, aequipollere nequit universalialia; propter dictam diversitatem, quae in bonis venalibus, & aliis consideratur: ad quod est textus elegans in l. si cui lana 68. ff. de legat. 3. ubi, lana legata, tinctam non deberi, Ulpianus decernit, sufficitque differentia coloris (quamvis utraque verè lana sit,) ut indefinita non aequipolleret universalialia: compertum enim est, quod si legaretur omnis lana, tincta quoque contineretur, l. pediculis 34. §. Labeo, ff. de aur. & argent. legat. Quamobrem non est contemnenda distinctio inter legatum universaliale, & generale, quam constituit Bart. in dict. §. Uxor, quem sequuntur Dec. in l. omnia, numero secundo, ff. Si cert. petat. Menoch. conf. 129. numero octavo, conf. 407. numer. 16. vers. Secundus casus, & vers. Tertius casus, conf. 1007. numer. 48. & 49. Craveta, conf. 290. numero quarto, vers. Similiter, conf. 294. numer. 1. conf. 297. numer. 6. vers. Secundo respondeo, Curt. Jun. conf. 45. numer. 4. Gozadin, conf. 14. numer. 22. conf. 16. n. 6. conf. 82. n. 4. Rub. conf. 135. n. 3. Natta conf. 159. n. 24. lib. 1.

Ibi: Caeterum haec quarta conclusio.

Idem repetit Menoch. dict. pres. 137. numero octavo, 27 semper enim, maxime ubi verba sunt dubia, menti disponentis standum est, cum illa intentioni deserviant, libro tertio, §. Conditio, ff. de adimend. legat. capit. humanae 11. 22. quass. 5. Tiraquel. in l. si unquam, verb. libertis, a numer. 47. Brun. à Sole in loc. commun. verbo, Verba numer. 20.

Verf. Primò, si quidem.

Si ita sit relictum: Lego res, vel frumentum, quod domi est. Venalia quoque debebuntur, si alia bona in ea non reperiantur; quoniam de illis sensisse testatorem, manifestum est, cujus voluntas, si aliud diceretur, illusoria fieret, Menoch. ubi proxime, numer. 9. Pinel. dict. part. 1. rubric. numer. 40.

Verf. Secundo constat.

Legatum particulare argenti scilicet, vel rerum, quas quis in certo loco habet, comprehendit venalia, si verbum, quocunque modo, adijciatur, Menoch. numero decimo, Pinel. numer. 42. Negusant. dict. membr. 1. numer. 57. Par. decision. 20. numer. 3. lib. 3. Gozadin. dict. conf. 14. numero vigesimo secundo, Afflicti dict. decis. 106. Ruin. conf. 31. numer. 5. lib. 2. Ayon. in l. 1. ff. de legat. 1. Rub. dict. conf. 135. numero secundo. Curt. Jun. conf. 45. numero quarto. De quo tamen dubitant Dec. conf. 93. numer. 3. Hieron. Gabr. conf. 98. num. 16.

Verf. Tertio, apparet.

Fructus collecti ex propriis agris, etsi fuerint venditioni expositi, non computantur inter venalia, ut merces; cum non negotiationis causa, sed quoniam superflua, distrahantur. Unde si legetur vinum, vel oleum, quod est in certo loco, etiam debebitur venale, quod ex propriis vineis, vel olivetis testator percepit, Menoch. numero decimo primo, Pinel. numer. 44. licet dubitet.

Sed contrarium aliquibus fundamentis probat Hieron. Gabr. supra, num. 36. cui favet aperte Scævola in dict. l. generali, §. Idem quassit. ff. de usufruct. legat. ubi decidit, salis percepti ex propriis salinis usufructum uxori non competere, quae usufructuaria earum à testatore relicta est: & rationem subdit his verbis: Respondi de iis legandis, quae venalia ibi essent, non sensisse testatorem. Unde colligitur, fructus ex propriis rebus collectos venditioni destinatos, caeteris rebus venalibus, ac mercibus aequiparari, ac per consequens ad legarium in casu, de quo agimus, non pertinere & quamvis D. Covarruvias aliter hunc textum interpretetur asserens, ideo uxori salis usufructum non deberi, quia, fundi usufructu legato, fructus jam collecti

collecti non debentur; tamen Consultus non ea nititur ratione, sed quod sal venalis habebatur, innuens, saltem ad proprium usum domus testatoris, si ibi esset, deberi; quod forsitan speciale est in salinis, ut non censentur fructus collecti donec aliud sal adsportetur, qui ut plurimum non cohæret solo, sed supra superficiem terræ conficitur, unde amovetur, ut acervus fiat, ut in Hispania evenit; hinc sal in salinis ipsis coacervatus, inter fructus pendentes potest computari; quare sub usufructu salinarum ipsum contineri sensit Scævola, nisi venalis esset. Hæc autem mea consideratio aliorum iudicio ingenuè subjicitur.

Premissa quaestio nullo modo ad fructus ex gregibus perceptos attinet; nam ipsi greges negotiationis causa comparantur, mercisque appellatione idem continentur: Merlin. d. quass. 45. n. 3. Nihilominus prior sententia magis arridet, admittit D. Covar. interpretatione ad Scævola, qui idem saltem venalem non comprehendi asseruit, quia jam coacervatus erat, & deductus à loco, in quo conficiebatur, ut veniret; quare ad usufructuaria spectare non poterat, cum fructus pendens esse desineret.

Ad Num. 4.

Si relinquuntur res in certo loco repositae, aliqua venali excepta, caetera omnia venalia, quae ibi reperiantur, ad legatarium pertinebunt; nam ex eo, quod testator aliquid venale excepit, praesumitur reliqua comprehendisse venalia sub generali dispositione, cum exceptio debeat esse de contentis sub regula. Ita Menoch. num. 12. Ruin. conf. 32. numer. 7. vers. Ponderanda, lib. 2. Idem de hypotheca agentes tenent Merlin. dict. quass. 45. n. 22. Gait. d. c. 4. q. 5. 155. Molin. d. disp. 203.

Quibus conjecturis, & aliam adjicit Menoch. num. 13. scilicet propter qualitatem personarum legatum ad venalia ampliari, ut si testator dives liberis suis res, quae domi sunt, reliquerit; l. quassum 12. §. & Papinianus, ff. de fund. instruct. Roman. singul. 649. Pat. d. decis. 20. in fine. In quo iudicis versabitur arbitrium, qui quantitate mercium, & aliis defuncti facultatibus pensatis, aestimabit, an sit verisimile, quod voluerit venalia quoque liberis relinquere, ut Consultus inquit.

Ibi: Constat etenim, & pendet ab illa eleganti quaestione.

Exceptio debet esse de illis, quae sub regula comprehenduntur, atque ita ex eo, quod excipitur, quid regula contineat, declaratur: l. sed an ultro 10. §. 1. ff. de nego. gest. Pareja de instrument. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 6. num. 362. Menoch. de praesumpt. lib. 3. pres. 36. num. 19. Argel. de acquirend. possess. quass. 3. art. 9. num. 12. Cagnol. in l. 1. num. 31. & 34. ff. de reg. jur. Afflicti. decis. 45. num. 2. Surd. decis. 224. num. 13. Chartar. decis. 67. n. 35. & 55. Cyriac. tom. 2. controvers. 207. num. 21. Marefcot. supra, lib. 2. cap. 94. num. 67. Cevall. tom. 1. quass. 76. num. 31. Guttier. practicar. lib. 4. quass. 54. numer. 1. Amat. variar. lib. 2. resolut. 74. num. 5. Tulch. lit. E. conclus. 423. num. 6. & dixi sup. lib. 1. capit. 6. numer. 13.

Verf. Et ido hac ratione.

Regula solet ampliari, adjecta exceptione, ad ea, quae alioquin non comprehenderet, l. quassum, Idem respondit, domo; vers. Denique Neratius, ff. de fund. instruct. Menoch. d. lib. 3. pres. 116. num. 74. cum aliis, & conf. 87. num. 36. Alexand. in l. ult. ff. quod quisque juris, l. in l. propeandum, in princip. num. 7. C. de judic. Dec. in l. 1. num. 25. ff. de reg. jur. Socin. Jun. conf. 34. num. 7. lib. 1. Tiraquel. de retract. lignag. ad finem, 24. Cyriac. cum aliis tom. 1. controvers. 196. n. 113. Merlin. d. q. 45. n. 22. quod declaratus infra, n. 49.

Ad Num. 5.

Pro interpretatione l. nam quod liquida, §. ult. ff. de pen. legat. praemittendum est, quod licet regula per exceptio-

nem regulariter declaratur, ut nuper dicebamus; aliquando tamen dispositio, quae alioqui plana foret, propter id, quod excipitur dubia editur; prout evenit in mandato generali, quod quos casus contineat, non dubitatur; sed in eo excipitur causa aliqua speciale mandatum desiderans, quid sub ipso comprehendatur, maxime controversitur; ut constat ex traditis per D. Covar. infra, ex num. 8. Similiter in d. §. fin. manifestum erat, omni penu legata, deberetur; erat enim penus ubique relicta praestanda, at propter illam exceptionem, Excepto vino, quod Roma erit, coepit ambigi de regula, & mente testatoris, utrum scilicet penus omnis, vel sola, quae in Urbe erat, fuisset relicta. Dubitandi occasionem praebuit, quod testator excepit vinum, quod Romae habebat, & non alibi, cujus ratio cum lateret, Consulti tanquam in re obscura, quod minimum est, nempe penum Romae repositam duntaxat deberi, respondere juxta juris regulas, l. semper in obscuris 9. ff. de reg. jur. existimantes idem vinum in Urbe relictum excepisse, quia de penu ibidem existentem tantum legando cogitavit testator. Cui favet itidem, quod semper in dubiis praesumendum est, testatorem velle quanto minus possibile sit haeredem onerare; l. unum ex familia 69. Si rem, ff. de legat. 2. Menoch. conf. 395. numer. 86. Cyriac. tom. 2. controvers. 283. numer. 25. Surd. conf. 7. num. 56. Quare ea interpretatio voluntatis debet amplecti, per quam magis haeres relevetur, l. si ita sit scriptum 14. ff. de legat. 1. l. 1. ff. de liberat. l. cum alienam 10. C. de legat.

Verf. Nam cum exceptio. Ibi: Mihi tamen ista haec consideratio.

Interpretatio etiam Bartoli ex eo rejici potest, quod si relativum, illud referretur ad penum, non poneretur in terminatione neutra, sed in alia, quae verbo penus, & non verbo vinum, conveniret, ut sic loquutionis amphibologia vitaretur.

Ibi: Ut congrua sit exceptio sat est, quod sit de regula.

Adde Cyriac. tom. 3. controvers. 531. n. 15. Cagnol. in l. 1. numer. 30. ff. de reg. jur. Cephal. conf. 153. n. 58.

Verf. Nam Quintò, communis, Ibi: Et Oldrad. conf. 8. Dec. in cap. sedes.

Hæc ratio Oldradi difficultate non caret, siquidem restrictio ad locum adjecta uni ex rebus, quae legantur, facit conjecturam, ut intelligatur testator etiam in aliis eandem restrictionem facere voluisse, quo casu loquitur Consultus in l. quassum 76. §. 1. ff. de legat. 3. quae pro Oldrado adducitur; & comprobatur ex l. fin. §. ult. ff. De tricio, vin. & ol. leg. Sed illud est, quod per restrictionem exceptionis ad locum, regula quoque generalis coarctetur, cum potius ex limitatione exceptionis ampliatio regulæ inducatur, si quidem proprium est exceptionis, in non exceptis firmare contrarium; cap. domus: 32. quass. 7. l. quassum 12. §. Idem respondit, domo, ff. de fund. instruct. Thom. Delbene, de immanit. Eccles. tom. cap. 16. dubit. 8. num. 4. Argel. supra, quass. 18. art. 4. num. 2. Menoch. d. lib. 4. pres. 83. num. 40. Cyriac. tom. 1. controvers. 55. num. 9. Unde restrictio exceptioni addita, non videtur ad non excepta extendi posse, nisi ea ratione, quam nuper tradidimus, n. 36.

Ibi: Primum, ubi regula obscura.

Per exceptionem enim regula declaratur, d. l. quassum. §. Idem respondit, Menoch. conf. 518. num. 11. conf. 624. num. 10. Bart. in d. §. Idem respondit, Dec. in l. 1. num. 21. ff. de reg. jur. Cyriac. tom. 1. controvers. num. 34. Surd. d. decis. 124. n. 12. Cavalcan. decis. 5. num. 5. part. 1. Cezar. Barz. Bononiens. decis. 83. n. 9. & decis. 125. n. 3. Valenzuela conf. 83. à n. 88. Plot. in l. si quando, n. 207. vers. Quia exceptionis, C. unde vi, Pareja supra, tom. 1. tit. 5. resolut. 13. n. 17.

Ibi: Quarto, si quaratio.

Similiter ad §. Vxor, respondendum est, ut supra, n. 38. ad l. quæstus, §. 1. ff. de legat. 3. ubi hanc rationem Oldradi impugnavimus.

Ibi: Quintum, et si Jurisconsulto his, vel aliis.

Difficile quidem est responsum Consulti in d. l. nam quod liquida, §. ult. tamen favore hæredis, ob præsumptam testatoris affectionem erga illum, in dubio contra legatarium decifum est, ut diximus supra, n. 36.

Ad Num. 6.

Exceptio firmat regulam in contrarium, ultra laudatos supra, n. 38. in fine, hoc ipsum probant Roman. singul. 337. n. 8. Gratian. disceptat. forens. c. 598. Giurba conf. 120. n. 18. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 16. n. 40. Everard. in loc. legalib. loc. 9. ab except. ad regul. & loc. 99. ab speciali, Matienz. in l. 1. glos. 15. tit. 10. lib. 5. Recopilat. Mieres de majorat. part. 1. quæst. 22. à num. 2. Simon de Præcis de interpretat. ultimar. volunt. lib. 4. interpret. 2. dubit. 3. per tot. Mantic. de tacit. & amb. convent. lib. 7. tit. 16. à num. 30. Pareja d. tom. 1. tit. 2. resolut. 5. num. 44. Flamin. de resignat. beneficior. lib. 5. quæst. 6. num. 186. Tusch. lit. E. conclus. 422. per tot. Seraphin. decis. 980. numer. 7. August. Barbof. de axiomat. jur. axiom. 84. num. 4. qui num. 5. limitat, quando alia interpretatio capi potest, Federic. de Senis conf. 233. n. 3. vers. Non obstat.

Ibi: Exceptio tamen ipsa ad similem extenditur.

Exceptio non confirmat regulam in casibus excepto similibus, imò ad ipsos extenditur, D. Covar. in cap. alma mater part. 1. §. 11. num. 15. vers. Tertio etiam si in his: de sentent. excommunicat. in 6. Aug. Barbof. in collectan. ad e. cum dilecta, n. 4. de confirmat. vil. vel int. Menoch. conf. 250. n. 57. Delbene supra, c. 19. dubit. 11. n. 17. Guttier. Canonica. quæstion. lib. 1. c. 14. n. 9. Molina de primogen. lib. 1. cap. 9. n. 34.

Similes verò casus illi dicuntur, in quibus eadem, vel major ratio, quam in expresso reperitur, Cyriac. tom. 1. controv. 96. n. 39. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 84. n. 3. ubi alii, Bald. in l. illud, col. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. Carleval. d. tit. 3. disp. 5. n. 19. & isti quidem casus comprehensu sub dispositione non minus censentur, quam expressi, Bald. in l. per diversas, n. 6. Cod. mandati, Menoch. d. lib. 4. præf. 67. n. 16. latè Cyriac. tom. 3. controv. 478. à n. 57. Argel. supra, qu. 17. art. 6. n. 3. quare proprie non dicitur extensio, sed comprehensio, ut pluribus relatis, asserit Cyriac. num. 79. qui n. 70. ex Fachinæo conf. 47. n. 31. lib. 1. rationem reddit; nam sicut genus proprie suas species continet, ita & ratio casus similes non expressos complectitur.

Ibi: Quibus ad stipulatur, quòd regula.

In correctoria extensio ob identitatem, vel majoritatem rationis, non admittitur de casu ad casum; l. quod contra 174. ff. de reg. jur. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 13. num. 40. vers. Nec obstat, si dicatur, Argel. supra, quæstion. 6. art. 1. num. 4. & 14. Menoch. conf. 537. num. 3. Jaf. in Authent. quas actiones, Cod. de Sacrosanct. Eccles. Duchas reg. 286. Villalobos commun. opinion. lit. E. num. 153. Tiraquel. de jur. marit. glos. 2. num. 22. Vivian. commun. opinion. tom. 1. lib. 1. tit. 17. de legib. num. 112. Pet. Barbof. in d. l. si constante, in princip. num. 106. ff. solut. mar. Farinac. in fragment. crimin. part. 1. lit. E. num. 75. Cevall. tom. 1. quæst. 336. num. 3. Delbene, dict. tom. 2. cap. 14. dubit. 14. num. 1. 11. Idem in exorbitantibus à jure, tenent Bartol. in l. si verò, §. de viro, à num. 1. ff. solut. matrimon. ubi Roman. Carleval. d. tit. 3. disputat. 28. num. 16. Tiraquel. in l. si unquam, verb. libertis, numer. 27. Cod. de revocand. donat. Olsch. Pedemontan. decis. 110. num. 8. Villadieg. in rubric. de extensione leg. exorbitant. num. 3. Farinac. supra, numer. 124. Sed causarum favor efficit, ut in

his extensioni sit locus, Argel. quæst. 4. art. 1. num. 5. Craveta de antiquitat. tempor. part. 4. in princip. num. 79. Villadieg. in rubric. de extensione leg. limitat. à num. 9. & in d. rubric. de extensione leg. exorbitant. n. 3. in fine, in ult. ampliati. Farinac. n. 108. 109.

Quod si in lege correctoria ejus ratio exprimitur, ad casus similes extendetur correctio, Tiraquel. in tract. causa cessante, part. 1. num. 142. & de retract. lignat. §. 20. num. 38. Hippolyt. in l. si quis viduam, num. 26. ff. de quæstionib. Menoch. conf. 484. num. 8. 9. Menchaca, lib. 1. successione, §. 6. num. 6. Pinel. in l. 1. part. 3. num. 64. Cod. de bon. matern. Mexia in pragmat. taxa, pan. conclus. 4. num. 8. Pet. Barbof. in dict. l. si constante, in princip. numer. 102. Pat. Sanchez de marrimon. lib. 8. disp. 1. n. 34. Joan. Valer. de differer. inter utrumque for. verb. lex, different. 5.

Ibi: Nam & casus omissus manet decidendus.

Casus in dispositione qualibet omissus ex dispositione juris communis venit decidendus, l. si cum doctem 23. ff. solut. marit. l. si extraneus 6. ff. de condit. caus. data, Cyriac. tom. 2. controv. 210. num. 49. Caball. resolut. crim. cas. 271. num. 7. Escobar de ratiocin. lib. 1. cap. 28. num. 6. Rota apud Vivian. in prax. jur. patronat. decis. 62. numer. 6. Pareja supr. dict. tit. 5. resolut. 10. num. 4. Tusch. lit. O. conclus. 116. Ferrer. in consuetudinib. Cathalon. glos. 5. n. 104. Menoch. conf. 76. num. 8. Tiraquel. de jur. primog. quæst. 40. n. 194. Cevall. tom. 2. q. 762. n. 10. Marefc. d. lib. 2. c. 77. nu. 29. Pacian. de probat. lib. 1. c. 34. n. 6.

Non autem casus omissus dicitur, qui sub dispositione aliquo modo tacite comprehenditur, vel propter rationis identitatem, aut præsumptam mentem disponentis, Bald. in d. l. per diversas, col. 1. C. mandat. Cravet. conf. 326. num. 9. vers. Septimo, considero, Cyriac. tom. 2. controv. 301. num. 26. & 27. Menoch. conf. 5. n. 25. conf. 232. nu. 33. conf. 289. n. 46. qui alios laudat.

Ibi: Imò etiam si quid excipiatur à regula.

Ubi aliàs de jure locus est extensionis, dictio taxativa addita exceptioni, vel dispositioni cuilibet, non impedit casuum similium comprehensionem, Delbene. tom. 2. c. 19. dub. 11. n. 11. Ant. Gom. var. lib. 1. cap. 11. n. 13. Guttier. Canonica. lib. 1. cap. 14. num. 5. Padill. in authent. res, que, num. 81. C. commun. de leg. qui communem dicit, Menoch. lib. 4. præf. 36. nu. 20. & conf. 166. n. 14. Cravet. de antiquitat. tempor. part. 4. princip. n. 112. Socin. Jun. conf. 53. n. 6. lib. 2. Sanchez in præcept. Decalog. cap. 15. num. 37. Fontanel. de præf. nuptialib. tom. 1. claus. 4. glos. 28. à num. 17. Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. num. 34. August. Barbof. in collectan. ad Clement. exvoti, num. 2. de verbor. significat. Surt. conf. 443. num. 3. 2. vol. 3. Cyriac. d. controv. 478. num. 83. Idem quoad personas dicendum est, ut taxativa non excludat personas similis expressis, Bald. in l. fin. C. de actionib. empt. Menoch. conf. 705. num. 9. Curt. Senior conf. 77. colum. 10. vers. Quia respondeo.

Ad Num. 7.

Per exceptionem regulam ampliari non posse, scripserunt Tiraq. de retract. lignag. ad vivem, num. 94. ubi latè, August. Barbof. de axiomat. juris, axiomat. 84. n. 7. Stephan. de Federicis de interpretat. jur. part. 2. num. 125. Casan. conf. 8. n. 48. Menoch. conf. 416. n. 25. Sed dicendum videtur, quòd hæc sententia erit vera, si de extensione, seu ampliatione strictè sumpta accipiatur: nam certum est proprie non dici regulam extendi ad casus, qui sub eadem etiam implicite continentur, sicut proxime dicebamus; & notant Cyriac. ex multis, dict. controv. 478. à num. 79. Augustin. Barbof. in collectan. ad c. 1. nu. 8. de temporib. ordinat. in 6. Per exceptionem autem regula non ampliatur ad alia, quæ absque illa non comprehendebantur, sed solum comprehensa aperiuntur.

Nec refert, quòd si exceptio non adiceretur, regula non contineret, quæ, ea apposita, complectitur; ut in exemplo quartæ conclusionis D. Covarruvias, de jam venali excepta: hoc enim provenit

ex ignorata mente proferentis, qui per inepta verba propria explicat voluntatem, minus dicens, quam sentit, ac vult; atque ita exceptio regulam non extendit, sed solum declarat. Ex hoc tamen ab effectu dicitur exceptio regulam ampliari, cum per illam veniamus in cognitionem voluntatis disponentis, quæ strictius secundum verba contra mentem loquentis exsequeretur, nisi exceptio ipsam manifestaret.

Ad Num. 8.

Supra, lib. 1. cap. 6. ex numer. 22. Ancharrani sententiam latè comprobavimus.

Ad Num. 9.

Similiter ex eisdem rationibus, quas consideravimus; ubi proxime, & hoc displicet; nam casus iste, & præcedens, sunt similes: videatur Barbof. in collectan. ad capit. 2. numer. 8. de offic. Vicarij, in 6.

Ibi: Horum sententia primò ex eo probatur.

Hæc rationi omnino adversatur dict. l. nam quod liquida, §. ult. ubi per exceptionem vini regula circa penum restringitur.

Ibi: Secundo, satis est exceptionem.

Hoc verum esset, si omnia quæ sub regula ex proprietate sermonis non comprehenduntur, exprimerentur; sed cum una excipitur dantaxat species, ut lana venalis, nequaquam ostenditur cætera venalia ad regulam non pertinere; imò contrarium planè colligitur, eo quod exceptio debet esse de contentis in regula; ut probat Consultus in dict. l. quæstum 12. §. Idem respondit, domo instructa; ibi: Nam qui hæc, inquit, excipit, non potest non videri de cæteris rebus, que in ea essent, sensisse, ff. de fund. instruct.

Ibi: Tertio, exceptio ad hoc à regula fit.

Licet quæ tendunt ad deminutionem, non debeant augmentum operari, ut diximus supra, lib. 1. cap. 6. num. 25. id est intelligendum directè, secus per consequentiam; nam hoc modo sæpè in jure illa regula fallit, l. denique 8. §. Interdum, ff. de pecul. legat. ubi Glos. verb. interpretamur, similes decisiones adducit. Exceptio autem non operatur augmentum regulæ, nisi indirectè, quatenus per eandem voluntas disponentis declaratur.

Ibi: Nam quoad juris dispositionem.

Neque ista obstant, nam exceptio mentem loquentis, à qua regula pendet, optimè manifestat; quamvis ipsi regulæ sit contraria, cum ea sit contrarium natura, ut uno cognito, in alterius cognitionem perveniamus; textus in §. 1. ubi Glos. verb. simul, intelligemus, Infit, de his qui sui, vel al. jur. sunt.

Ibi: Sed id, ut & hoc obiter adnotemus.

Regula & exceptio quamvis inter se opponantur, utraque tamen secundum diversam rationem juri potest convenire.

Ibi: Quarto, fortis instat consideratio.

Respondetur, quòd ut exceptio congrua sit, necesse est omnino, quòd exceptum ratione aliqua contineatur in regula, nisi excipiatur; l. sed an ulro 10. §. 1. ff. de negot. gest. Undè ne exceptio lanæ venalis inepta sit, in casu d. Vxor, necessario est fatendum, venalia cætera sub legato generali rerum, quæ domi sunt, testatorem voluisse comprehendere; cum alioquin venalis lana de contentis sub regula non esset. Nec dicat aliquis, sufficere, ut bona sit exceptio, quòd defunctus sub regula lanam venalem comprehendere, nec opus esse, reliqua venalia comprehendisse: hoc

enim in se verum est, sed verba generalia, quibus legatum est, apta sunt, ut ex mente loquentis ad omnia venalia extendantur; non autem ad speciem particularem, ut lanam; atque ita propter verborum generalitatem dici non potest, solam lanam venalem fuisse comprehensam, sed simul cum cæteris venalibus omnibus, etsi illa tantum fuerit excepta.

Ibi: Unde in hac, quam tractamus, quæstione.

Quamvis Ancharrani sententiam quoad decisionem textus in c. qui ad agendum, de procurat. in 6. probaverim lib. 1. c. 6. num. 22. cum seqq. aliis fundamentis sum motus, quæ ibi poterunt videri. Tamen ejus rationes proxime impugnavi in defensionem quarti intellectus per D. Covar. traditi supra, n. 4. ad d. §. Vxor, quoniam mihi verus est visus; ubi enim jura non exigunt aliquid specialiter fieri, sufficit interpretativa voluntas, quæ ex exceptione lanæ venalis colligitur, ut cætera venalia censeantur legata; cum sapissimè in ultimis voluntatibus, etsi verba deficiant, dispositio ex conjecturis sustineatur, l. cum proponatur 66. ff. de legat. 2. l. cum avus 101. ff. de condit. & demonstrat. l. generaliter 6. C. de instit. & substitut. & alibi passim. At secus est in d. c. qui ad agendum, de procur. in 6. & in d. cap. 2. de offic. vicarij. cod. lib. 6. in quibus de actu specialiter faciendo tractatur.

Ne refragatur præmissis, sat esse, quòd exceptio sit de regula secundum verborum corticem, etsi non juxta juris intellectum: Nam respondetur hic de jure non quarti, sed de voluntate defuncti, qui si cognovisset, lanam sub verbis cum effectu non comprehendendi, minime eam exciperet; quandoquidem foret ineptum, ac inane: præterea, si solum ad verborum sonum atrederet, omnia venalia exciperet, cum hæc sub illo contineri viderentur, si vellet, ut non præstarentur; sed dum solam lanam venalem excipit, cætera venalia legasse demonstravit.

Verf. Quinta conclusio.

De his supra, num. 10. cum seqq. & n. 22. 23.

Ad Num. 10.

De significatione particulae seu, latè August. Barbof. de 57. dictionib. dict. 363. Tusch. lit. D. conclus. 372. Calvin. in lexic. jur. Alberic. in suo dictionario.

Ibi: Quia verbum, seu, ampliandi legati causa possum est.

Particula seu, in legatis ampliati accipienda est, ut ultra laudatos hic à D. Covar. sentiunt Barbof. ubi proxime, n. 8. Stracha de Adjecto, part. 4. q. 1. à n. 4. Cened. post. lib. Canonica. & practica. sing. 15. n. 3. Gomez in §. Sed ista, num. 38. Inst. de actionib. Natta conf. 626. n. 11. Cravet. conf. 105. n. 6. Roman. sing. 552. Calvin. supra Contra infra, n. 60.

Ibi: Nec refert concipiatur legatum per verba singularis.

Sequuntur Tusch. supra, n. 13. Francisc. Cremens. sing. 56. 59. Sed contrarium tenent Barbof. num. 11. Bald. in cap. inter ceteras, col. fin. de rescript. ubi Marian. Socin. Everard. supra, loc. à vi numeri, à princip. Stracha d. q. 1. n. 8.

Ibi: Sed in contrariam sententiam quòd dictio.

Quòd dictio seu, in legatis non sit regulariter ampliati-va, sed disjunctiva, nisi aliud de mente testatoris appareat, sentiunt Fachin. controv. jur. lib. 5. c. 68. vers. Sed contrarium, Cavalcan. de usufruct. mulier. reliq. c. 9. n. 98. Pro quibus facit, quòd particula hæc, ex vi proprie significationis, est disjunctiva, sive alternativa, l. 1. §. Sublata, ff. ad Trebellian. l. generali 13. in princip. C. de Sacrosanct. Eccles. Tusch. d. conclus. 372. num. 29. Calepin. in suo dictionario, Barbof. supra, num. 1. cum multis, Strach. dict. quæst. 1. à numer. 4. Cyriac. tom. 1. controv. 174. num. 3. Octav. Vulpel. de præposit. & ad verbior